

teneatur. Quid autem sunt terrena omnia nisi quedam corporis indumenta. Qui ergo contra dyabolum ad certamē propterāre stimenta abijciat ne succumbant. Tercio ut mundum vincamus p̄sideremus quia infirmitate post se trahens suos amatores. cum enim fuit iohannem. Omne quod est in mundo concupiscentia sit carnis concupiscentia oculorum aut superbia vite. his tribus infectionibus omnes inficit amatores. ut sint auaritia. luxuriosi et superbi sicut ille. quia ut **Ed.** viii. dicitur. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea et qui pmunicauerit superbo induet superbiam. vnde ps. Commixti sunt inter gentes et didicerunt opera eorum. et fuerunt stul. eorum et factum est illis inscientia. In hoc aut solo obmissis omnibus alijs mundum possumus supplantare. quia ut ait iacobus quarto. Reicitis quia amicitia huius mundi inimica est deo. Quicumque ergo voluerit esse amicus huius seculi inimicus dei constituitur. qd̄ cernens **Gre. di.** Nemo potest in vna eademq; re omnipotenti deo et eius hostibus gratis existere. Nam deo amicum se negat qui eius placet inimico. et inimicus ventris aduersabitur quo eidem veritas subiugatur de hac luca di. **Bern.** Veri luatores sunt qui aduersus huius seculi lucratur illecebras. Undum ergo melius vincere et supplantare non possumus nisi ut ipsum per omnia relinquamus. quod figuratum legimus in predicto veteri iacob qui fugiendo non concertando laban auunculum suum vicit. hoc ante omnia precauentes ne sic fugientes furemur ydola laban. id est mundi affectiones et imaginatōes. ipsa sicut rathel sub straminibus nos sub religiosis vestibus abscondamus. Nam de talibus **Iacob** sententiam mortis dedit dicens. Apud quemcumque deos tuos inueneris. necat coram fratribus nostris. que sententia est coram deo et sanctis omnibus approbata. Quartum membrum lucrandi videlicet cum angelo in sermone alium referemus. eo quod cum nobilitatem contineat materiaz diffusius pertractatur ad laudem iesu christi. et.

**De eodem sermo. LVII.**

## **I**acob dilexi esau

aut odio habui. malach. primo dicitur. **Gre.** Ille qui certat in luctamine aliquando se superiorem. aliquando vero eum cum quo contendit inuenit superiorem. qui enim luctatur nondum est victoriam p̄secutus. sed certat ut etiam vincere valeat qui resistit. Verba itaque proposita licet de veteri iacob secundum literalem hystoriam dicta sint secundum mysticum tamen sensum de novo iacob. et secundum morales expositione potest intelligi de quolibet lucratore. Quod autem veteri iacob dilexerit patet ex eiusdem ubi assertionem. alias enim significatio nominis caderet ab effectu quod in rebus dei fieri non potest. Quod autem nunc iacobum dilexerit. triplici signo patet. scilicet ex tribulationis multiplicitate. ex apostolatus dignitate et singulari familiaritate. Nam de primo dicitur. Quod enim diligit dominus corrumpit et quasi pater in filio sic complacet sibi. de secundo est ratio. Qui enim alium ad sublimem dignitatem promouet certum est quod diligat eum. vnde iohannes. hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. de tercio patet. Deus enim iacobum pre ceteris familiariter habuit. quia ipsum et fratrem suum iohannem exclusis alijs sepe ad sua secreta vocauit. Quod etiam quilibet lucratorum in tribulatione positum diligat per apostolum. ubi dicitur Ego quos amo arguo et castigo. Cum igitur sunt duo principia merendi. actiones videlicet et passionem. nec iacobus imitatus est veterem in passionum sufferentia. Sic enim in efficaciam actionem in eisdem locis et torridis vicibus passionem in vtero. pariam inter exhibens ad quilibet passionem vicens se. ne aliquis motus impatie surgeret in corde suo. Unde in act. de eo et de alijs coapulis legitur. Habebant apostoli gaudentes a prospectu celorum. quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu christi. Secundo luctando supplantauit passionem in domo hoc est in corpore malo. pro malo nunquam reddens et ideo legitur in vita sua quod cum eum heremogenes persequeretur. dixit ad philerum ut bona pro malis secundum quod magister nunc nos docuit reddamus. absolue eum qui te ligauit. Tercio vicit passionem et persecutores quas a modo prulit totius mundi malicia vilipedes. Quarto luctabat cum angelo hoc est cum mundum

## Sermo

et difficilibus operibus illorum difficultates sibi applicas. ac si naturaliter sit affectus. Cū enim omne bonū et omnē virtutē ex prevaricatione primorum parentū difficulter opemur. easdem passiones ita vicit ut eadem omnia delectabiliter oparetur. Et hec de supplantatione sancti iacobi breuiter tacta sufficiat. Nunc videndum est qualiter nos passiones debeamus vincere ut et nos eas supplantemus. et eorum amaritudines sub pedibus calcemus tam diu cū eis luctantes. quousque eas cū gaudio sustineamus. Ad quod nos idem iacobus inducere intendebat cum dicebat. Omne gaudium existimate fratres cū in varias tribulationes incideritis. **U**nde de hac tribulatione tria per ordine sequemur. primo de tribulationis necessitate. secundo de eius maiori ritate. tercio de luctaminis quietate. **P**rimo ergo dicendum est de tribulationis necessitate. **O**portet enim omnē hominē ad statū perfectionis promouende tribulationis exerceri. Nullus enim vnquam amicus dei effectus est. nisi si tribulationibus tunderetur. Unde thobie. xij. dixit angelus. Quia acceptus eras deo. necesse fuit ut temptatio probaret te. **J**udith. viij. Omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles. hinc. puerb. tercio. Quē diligit deus corripit et quasi pater in filio placet sibi. **S**unt autem quatuor cause propter quas tribulatio necessaria est scilicet propter optimi nostrorum imperfectiōem. dei assimilationē. spiritualis vite edificatiōem et regni celestis assecutionem. **P**rimo dico tribulatio necessaria est propter optimi nostrorum imperfectiōem. **C**um enim duo sint principia merendi scilicet operatio et tribulatio. et opera nostra pauca sint vilia et breuia ut per ea non possimus ad magnū statū sanctitatis peruenire oportet suppleri in passionibus quod minus est in actibus. unde **E**cclē. xij. De negligentia expurga te cū paucis. quod est dicere. de negligentia optimi expurga te cū paucis tribulationibus. **S**ecundo tribulatio est necessaria propter dei assimilationem. **T**antum enim ei similes erimus in celo quantum ei assimilabimur in terra. **A**d hoc enim induit homines ut visibilis factus se nobis proponeret in exemplū. et quia tota vita sua plena fuit tribulationibus. oportet nos ei assimila-

ri in tribulationibus. **N**am ut ait apostolus. Si cōpāmur et pregnabimus. unde ad magnam promedatōem dicitur de homine tribulato. **S**ap. xij. Simili pena fuus cū dño afflicus est. et popularis hō regi filia passus est. **E**cclē. xij. Ante faciē hoīs si litudo alterius hoīs. **U**nde de p magna laude apostolorum dicitur **E**cclē. i. Si litudo hoīs erat in eis. scilicet apostolis. hinc. i. iobā. tercio. **O**is qui hōc hāc speciem sanctificat se sicut ille sanctus est. vñ bern. **P**rodeat mibi dñi passio si mea sequit imitatio. alioquin requireretur a me sanguis ille iusti qui effusus est super terrā. **T**ercio tribulatio est necētia propter cupiētib in statu magnū propter religiose vite edificatiōem. **N**unc quoniam vita religiosa in hōie edificabitur nisi castigatio prouenerit propter quod **L**eu. xvi. dicitur. Affligetis aīas vīas religione perpetua. **C**ū enim solatio spūalis sit fomētū pro quod vita spiritualis nutriat nullatenus poterit solari qui nō fuerit tribulatus. **S**unt enim iuga quoniam omnē tribulationem sequitur solatio. unde thobie. iij. **P**ost tempore statē tranquillū facis et pro lacrimatiōem et fletū gaudiū et exultatiōem infundis. hinc bern. **D**isce o homo in spiritali exercitio duplex auxiliū desuper sperare. scilicet correptiōem et solatiōem. **A**ltera foris exercet. altera visitat intus. illa opatur humilitatē ista caritatē. **T**rabimur autē in spūalem vitam cū temptatiōibus et tribulationibus exercemur. currimus cū interioribus solatiōibus et inspirationibus visitamur. **Q**uarto tribulatio necētia est propter celestis regni ad eptōem. **N**ullus tenē ad regnū celoz et ad illā abyssum oīm voluptatū peruenire poterit nisi per amaritudinē passionū. neque enim ille qui de celo venit iesus xps ad celū redire voluit. nisi per viā amarissime passionis. unde **L**u. xxiij. **N**ōne oportuit xpm pati. et ita in trare in gloriā suā. propter quod dixit discipulis et nobis in illis **L**u. xxiij. **V**os estis qui permansistis mecum in temptatiōibus meis et ego dispono vobis sicut disposuit mibi pater meus regnū. ac si dicat. **S**icut disposuit pater meus. ut veniēs in mōm nō redeā in celū nisi per viā tribulatiōis. miserie passionis et angustie. sic et ego dispono vobis ut et vos similiter veniatis ad regnū per tribulatiōes. **D**ic **A**ctū. xij. **Q**uoniam pro multas tribulatiōes

oportet nos intrare in regnū celozū. Ex his ergo quatuor causis luce clarius patet quod necessaria sit tribulatio omnibus qui proficere cupiunt apud deū. **Secundo** dicitur quod est de tribulationis augmento et maiore ritate. quod plerūque contingit ut quanto maiore gratia homo a deo visitatur tanto maiore temptatione tribulatur de hoc augmento duo dicenda sunt. Primo de eius maiore ritate. Secundo de eius causalitate. Et primo quod hoc maiore ritas contingat et ita fieri debeat tam figurata quam scriptura poterit declarari. et per figuram dicitur enim Ezechiel. Cum eleuabatur simul et rore quocumque ibant spiritus illuc euntes spiritu et rore piter eleuabatur sequentes eum. Quid per spiritum nisi spiritualis vita quod per rotam. nisi tribulatio que nos rotat accipitur. quocumque ergo vadit vita nostra spiritualis ibiueniam vadunt rore tribulationes nostre. Secundo idem per scripturam poterit et doceri. de quo iterum Ezechiel. xvij. Transduxit me dominus per aquas usque ad talos. rursumque duxit me per aquas usque ad genua. tertio usque ad renes. per quod nobis innuitur quanto profundius ducimur in gratiam tanto altius tribulamur. Secundo dicendum est de eius augmenti causalitate. hoc est cur hoc contingat et ob quam causam. Sunt autem tres cause. quia quanto plus homines deo in gratia proficiunt tanto ad sufferendum sunt fortiores. et virtuosiores et indigent ut sint cauciores. De primo quod quanto sunt fortiores ex visitate gratia tanto deus plus apponit de tribulatione ut vndeque meritum eis cumuletur. quod pua tribulatio cum talibus gratiis non sentiretur. Si ergo debet fieri tribulatio oportet ut propter fortitudinem maiore fiat. vnde iob. xvij. Aqual appendit in mensura. Aliquas enim ponere in mensura est tribulationes dimensurata fortitudini ponderare. hinc apostolus. i. Corinth. x. Fidelis deus qui non patietur vos temptari super illud quod potestis. nec ex eadem fidelitate permittit nos minus temptari. vnde quanto maior est fortitudo tanto de tribulationibus plus apponit. Secundo augmentatur tribulatio propter augmentum virtutum. et quod ex visitate gratia virtuosiores sunt homines. ergo iterum ex hac causa plus apponit deus quia illustra

nis virtutibus tribulationes valde nobiliter sufferuntur. et quanto nobiliter tribulationes sufferuntur tanto amplius merita cumulantur. ps. In multitudine virtutis tue mententur tibi inimici tui. Item math. xvi. Dedit unicuique secundum propriam virtutem. Nam absente gratia virtutes videntur esse extincte et ideo facilimo impulsu homo caderet in peccatum. Tertio augmentantur tribulationes cum homines sunt in gratia ut cauciores reddantur. Nam ex presentia gratie homo potest facilliter superbire. Ne ergo superbiat foris quod dicitur permittitur tribulationibus impulsari. hinc Gregorius. Postquam deus hominem visitat subito probat illum. quia accedendo ad corda nostra ad virtutes prouehit et recedendo pcuri temptationibus permittit. Si enim post virtutum munera nulla temptatione pcuritur a se habere animus et a seipso gloriatur. Ut ergo firmitatis dona habeat et humiliter suam infirmitatem recognoscat. per accessum gratie ad alta sustollitur et per recessum quid ex ipso sit probatur. Sciendum tamen quod sancti homines hanc alterationum et vicissitudinum experientiam assuefaci. hanc temptationes facilliter sufferunt scientes quod non ad perditionem sed ad emendationem taliter alterantur. non. in. ut dicitur in iob. delectatur in perditionibus nostris. sed post singulas temptationes gratia rediens augmentatur. vnde proverb. xij. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. dicens. cum ps. Paratum cor meum deus. paratum cor meum. ac si dicat. paratum ad tribulationes sicut ad consolationes. **Tercio** dicendum est de lucraminis qualitate. hoc est qualiter in tribulationibus lucrari debeamus ut virtuosos eas et finem dei beneplacitum supplantemus hoc est sub placentas eas viriliter pculcemus. De quibus sciendum quod totidem locis et vicibus cum passionibus lucrari oportet sicut diximus de actione. scilicet in vtero in domo. cum laban. i. mundo. et cum angelo. Primo passiones sufferimus in vtero cum de perfidia blasphemiam vel superbi fuimus nimis grauitate naufragamur. cum quibus tunc viriliter lucratur si nunquam eis in aliquo consentimus. vnde Bernardus. Si sentis et non consentis passio est quandoque sananda. tunc

## Sermo

aut perfecte vincimus si humiliter ea sufferimus et nunquam minus in aliquo exercitio faciamus. Secundo passiones sufferimus in domino hoc est in corpore cum carnalibus desideriis et quibuslibet fedis et immundiciis graviter calaphizamur. Quas tunc viriliter supplantamus quoniam per fortissima exercitia corpus macramus et macerando maceramus. quousque carnis immundicia penitus extinguatur. corpus peccati quod huiusmodi prurit excitat destruitur. omnia que corpus peccati ad voluptatem postulat per omnia respucies. ut de nobis veraciter dici possit. illud Job. iij. Clamorem exa crosis non audit. quod fortissimo indiget lucramine. quod ut ait ysai. A planta pedis usque ad verticem non est in nobis sanitas. unde bern. Nos ipsi gestamus lacum neminem. nobiscum ubi quod circum ferimus inimicum nostrum carnem hanc loquar de peccato genitricis et nutritricis. sed multo amplius prava consuetudine viciata. nihil est nimis purum in corpore hominis inuenitur. ab intus manat de corde exit pestiferus virus. ac de intus corpus occupat uniuersum. quibus si additum denegamus et ea per contraria exercitia supplantamus. victores erimus gloriosi. Tercio lucrandum est cum laban hoc est cum modo qui grauissimis aculeis nos affligit. cordibus amatorum suorum tres lanceas sicut alter iob miserabiliter infigens. scilicet cupiditate. vanitate et voluptate. de quibus dicit iob. Domine quod est in modo concupiscentia carnis est. id est voluptas. a concupiscentia oculorum. id est cupiditas aut superbia vite. id est vanitas. que tunc passiones suas nobis ingerit. quando eis fortiter repugnamus. Sicut enim dicit bern. Unde tribulatio ista nisi dum resistitur peraminatio concupiscentie repugnatur. Si enim voluntarie admittuntur. iam non tibi tribulationem ingerit sed potius consolationem. Lucramur ergo cum his viciis quod diu eris resistimus. sed tunc supplantamus quoniam iam victa sunt ut amplius non impugnet. que si perfecte vincere cupimus. oportet ut eorum contra in nobis plantem. ut videt contra cupiditatem vel auariciam quod modus ingerit paupertatem contra voluptatem. austeritatem. contra vanitatem siue superbiam plenam humilitatem induamus. Que tria cum perfecte vite nostre infederint. iam modum perfecte premnimus et la-

ban vicem per oia supplantasse. auxiliare bibes christo. LVIII. De eodem sermone. iij.

### Iacob traductis

omnibus que ad se pertinebant remansit solus. et ecce vir lucubatur cum eo usque mane Gen. xxxij. Dicit Gregorius. Iustorum vita que si quedam forma nobis proponitur imitanda viua enim lectio est vita bonorum. unde non immerito. idem iusti in sacro eloquio libri noianae Apo. xxxij. vbi dicitur. Libri apertunt coram eo. quod eorum vita legitur unde debeant remunerari. Expeditis ergo in precedentibus tribus lucraminibus scilicet in vtero. in domo et cum laban et hoc tam in actionibus quam in passionibus nunc in duabus turmis. scilicet actionum et passionum meritis ditari (ut dicere possimus cum iacob. In baculo meo transiui iordanem et nunc cum duabus turmis regredior. quod est dicere. In baculo meo hoc est in baculo crucis transiui nudus iordanem. id est baptismum et nunc ex his lucraminibus ditatus regredior cum duabus turmis. id est meritis ut diximus actionum et passionum si redire ad patriam celestis cupimus lucramen cum angelo aggredi nos oportet. De hoc lucramine duo principaliter prosequitur. Primo enim dicemus de lucraminis instauratione. Secundo de gratie si vincimus assecutione. Primum ibi in proposito themate iacob traductis omnibus et ceteris. Secundum infra. Qui cum videret quod eum superare non posset et ceteris. Primum ad huc in quarto diuiditur. Primo enim dicemus de lucraminis bilitatione. Secundo de viti expositione. Tercio de lucraminis aggressionem. Quarto de lucraminis perseverantia siue continuatione. Primum ibi iacob traductis omnibus que ad se pertinebant remansit solus. secundum ibi et ecce vir. tertium ibi. lucubatur cum eo. quartum ibi. usque mane. **D**ec omnia per ordinem prosequentes. primo dicendum est quomodo nos debemus ad lucramen preparare. Debemus enim nudi cum nudo angelo aggredi hoc certamen et ab omni quod non est deus vel ad deum ordinatum nos auertere ut ad eum cum quo lucramine accipimus plena nos facie pertrahamus. et hoc est ut dicitur in proposito